Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26049
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in lateribus aquilonis. mentes quae semel cepit malignus persuasionis sue flatibus quasi subpositis ignibus accendit. quatenus non extrinsecus presentibus indelinent per desideria estuet. ut alia extrinsecus appetat. alia adepta extrinsecus. ut in suis compendiis inhiet. in alienis commodis ceteris cum proximo contulicat. in carnis illecebris satisfaciat. in quasi in quodam culmine per cogitationis superbia rapta. carnali cura proposita totam se in typo elationis attollat. Quia quod cor per tot varia desideria ducitur quod instigatione leviathan iste inflamatur. recte ei fum succense. et feruentis olle similis esse perhibetur. quia per tot se feruores afflata ei tentationibus oscientia erigit. per quot intus se cogitationes intumescit. Quid ubis alius adhuc uentas aperi exequitur diu subiungit. Aliud ei prunas ardere facit. Quid enim prunas nisi succensas in terrenis concupiscentiis reprobos hominum mentes appellat. Ardent enim cum quolibet temporale appetunt. quo numerum urunt desideria. quo quemque ut integrum esse animum non permittunt. Tociens quoque leviathan alium prunas accendit. quiens ei occulta suggestio humanas mentes ad delectationes illicitas petrahit. Alias namque superbie. alias inuidie. alias luxurie. alias auaricie facibus inflamat. Superbie quippe face mentem euis subponit. cum hanc ad extremenda iuba dunce iussionis instigant. Inuidie quoque flamma cum animum succendit. cum de accepto fratris satisfactio doluit. et per hoc usque ad fratricidium facinus puenit. Luxurie facibus cor salomonis excussit. quem tanto mulierum amore subdidit. ut usque ad idolorum uenerationem deduxit. dum carnis delectationem sequitur. oditoris reuerentie obliuisceretur. Auaricie quoque igne achab animum cremauit. cum ei ad appetendam alienam uineam in pacientis desiderius impulit. per hoc usque ad reatum homicidii perpetit. Tanto quoque leuiathan iste haliti in prunis flat. quanto annisu suggestionis occulte humanas mentes ad illicita inflamat. Unde et